et Coram officio praesenti in primo Citationis termino peremptaria responsione. Omnibus in
universum iuris remedijs et defensis legalibus q[ue] impedimentis etiam de iure concessibilib[us]
se et suos successores v[er]o abscribendo et abrenunciando.

Eiusdem Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Bransken[sibus] personaliter comparentes No-
bilis Catharina filia olim Alberti Stednicky consors Nobilis Martini Porosky et Stanislaus ol[im]
Alberti Porosky ipsa quidem Catharina cum eiusdem mariti sui ut tutoris coniugalis perso-
nali assistentia et consensu spontaneo, sanae mentis et corpore existentes palam publice ac libe-
re recognoverunt et quilibet illorum suo prointeresse recognovit. Quia Nobili Stanislao
olim Sebastiani Szymbor et ipsius posteris Bonorum suorum immobilium in haereditate
Stednica Mackowięta sitorum haereditandorum et acquisitorum in loco dicto polki totas sor-
tes suas legime concernen[tes] versus granicem Jankowska extenden[tes] cum omnibus u-
tilitatibus fructibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis perpetuo dederunt, dona-
verunt, inscripserunt et irrevocabiliter resignaverunt. Cui iam eas nunc in omnem rea-
lem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos quem et quos
sibi facilius et commodius conducere poterit offerre acceptandam dedit et admittit
submittuntq[ue] se ac de bonis omnib[us] eorum posteris suis inscribunt memoratam dona-
tionem suam huic eius successores occasione p[rae]missorum ab omni impedimento iuridi-
co quarumvis personarum propinquarum et remotarum utriusq[ue] sexus status
et cuiusvis conditionis existentium per et ultra omnes p[rae]scriptiones iuris toties quo-
ties opus et necessarium fuerit tueri, defendere, evincere, eliberare, pacificare,
intercedere, Soliq[ue] tam per se quam per quaesitos sub instas et subordinatas perso-
nas non inquietare. Praeterea certam partem bonorum eorundem recognoscentes sub-
mittunt se ab obligatorijs possessorib[us] eximere et eidem Szymbor libere mittere.
Sub damnis Immo simpliciter taxatis et edicendis. Et Coram officio praesenti Ca-
strensi Bransken[si] in primo Citationis termino peremptoria responsione praedamnitac
stant omnibus satisfactione. Omnibus contravenientijs exceptionib[us], allegationib[us],
evasionibus dilationibus verâ vel simplici infirmitatib[us], motionib[us] appellationi-
bus ac earum quibusvis prosequutionib[us], alijsq[ue] in universum cunctis iuris
remedijs et defensis legalibus q[ue] impedimentis etiam de iure concessibilibus se
et suos successores v[er]o abscribendo et abrenunciando. Sub amissione sua et suorum
successorum totius et integrae Causae.

Kramkowsky Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Bransken[sibus] personali-
ter comparens Nobilis Simon olim Christophori Kramkowsky nomine Nobi-
lis Magdalenae Kramkowska filiae suae cum olim Nobili Helena Modzelewska
progenitae, a qua de rato et grato in forma iuris plenissima pacem cavet,
sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Al-
berto filio Generosi Alberti Kramkowsky Rotmagistri Sacrae Regiae Maiestatis et ipsi
successoribus Totam et integram sortem paternam filiae suae Bonorum omnium
mobilium et immobilium in haereditate Kramkowska consistentium